

atq̄ ferociae retundendae. Tu vero militiae huiusce nostrae litterariae sacramentis initiatus: et eloquentiae Candidatus: nihil ommitis earum rerum: quae tibi quae tuis: quae familiae esse possint ornamento: Quod mihi hortamentum sane fuit & incitabulum: ut tibi nuncupatim dedicarem commētarios Tusculanarum questionum: quos nuperrime excudi: quibus spero me dedisse tale temperamentum: ut neq̄ imodice extuberarent: neq̄ anguste astringerentur: quorum doctrina: neq̄ promiscua est, neq̄ protrita, ut pote ex philisophiae deprompta sacrario, intercisisim flosculi intexūtur spirantes svaveolentiam magis: q̄ graveolentiam: De tota re tu & ceteri sinceri lectores bene opinor indicabunt. Virulentorum linguas & oblatratorum morsus nihil moror. Quod superest deum rogo ut mihi tantiper vitam proroget: dum ero ad hanc commentandi facultatem idoneus. In manibus sunt commentarii apuleiani: quos intervallo brevi intermissos ad officinam revocare contendo, ut litteratoria incude formati usui esse possint mercis nostrae negotiatoribus & condimentorū nostrorum alimenta sectantibus. Vale & dilige doctorem».

Közli: GULYÁS KÁROLY.

Könyvkötő-nyugta 1567-ből.

Ego Michael Pántl concivis et *compactior librorum Posoniensis* recognosco praesentibus litteris meis, cum egregio domino Joanni Forstettero sacratissimae caesareae regiaeque maiestatis penes cameram Hungaricam perceptoratus officii contrascribae *unum regestum* officii sui ratio de anno 1566 in eo conscripta *illigaverim*, quod egregius dominus Ladislaus Mossoczy perceptor proventuum eiusdem camerae suae maiestatis caesareae *pro illigatione dicti regesti mihi parato numeravit et persolvit florenum unum Hungaricum*, harum mearum vigore et testimonio litterarum mediante. Actum Posonii decima quarta Maii anno 1567.

Michel Paintel,

Joannes Förstletterus.

Fedett pecséttel ellátott eredetije a Magyar Nemzeti Múzeum levéltárában. Törzsanyag 1567.

Közli: HOLUB JÓZSEF.

Helyreigazítás.

BACSÁNYINAK a mult füzet adattárában közölt beadványa nem a Magyar Múzsára, hanem — miként ez az okmány szövegéből is kitűnik — a *Magyar Múzeumra* vonatkozik.

Szerk.